Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Beati prothi et iacincti nos domine foueat preciosa confessio et pia iugiter
intercessio tueatur. Per.
Adesto domine populo tuo ut beati nicomedis martyris tui merita preclara susci-
piens ad impetrandam misericordiam tuam semper eius patrocinio adiuuetur. Per.
Presta quesumus domine precibus nostris cum exultacione prouectum ut quorum diem passionis
annua deuocione recolimus etiam fidei constanciam subsequamur. Per.
Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere ad amorem
tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per.
Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circumdas et
protegis presta nobis ex eius imitacione proficere et oratione fulciri. Per.
Presta quesumus omnipotens deus ut beate felicitatis martyris tue ~~merita~~ recensentes sollempnia
meritis ipsius protegamur et precibus. Per.
Deus qui nos beati saturnini martyris tui concedis natalicio perfrui
eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Incipiunt communes paraculi
anni. In die s. stephani om̄ de natiuitate domini In lau. Genuit puerpera.
Ad ves. Virgo hodie. In die s. Johannis In l. Lux orta est. Ad ves.
Gaudeamus omnes. In die s. Innocentum In l. Natus est nobis. Ad ves.
Hodie intacta. In die s. Thome In l. et deinceps usque ad circumcisionem.
Verbum caro. In ij ves. Nesciens mater. Post octavam s. stephani In laud.
Cum autem esset. Ad ves. Stephanus vidit celos. In octava ad ves. Stephanus
autem plenus. In lau. Patefacte sunt. Post octavam s. Johannis In lau.
Hic est discipulus. Ad ves. Johannes autem apostolus. In octava ad ves.
Iste est iohannes. In laud. In medio ecclesie. Post octavam s. Innocentum
In l. Herodes iratus. Ad ves. Sinite paruulos. In octava ad ves.
O quam gloriosum. In laud. Hij sunt qui cum mulieribus. Agnetis secundo
Ad ves. Stans beata agnes. In laud. Beata agnes in medio.
Scolastice virginis Ad ves. Quinque prudentes. In l. Veniente sponso.